

XI. Confirmatur ex Augustino Epist. 112. seu 147. citata. Illud comprehenditur, quod ita totum videtur, quod nihil ejus lateat videntem; sed nihil Dei lateat Beatos, quia, cum summe simplex sit, non potest videri clare, quin videatur totus, seu quin videatur omnia, quae in illo sunt; ergo &c.

XII. Resp. cum D. Thoma hic ad 3. quod ly totaliter dicitur modum objecti non quidem ita, quod totus modus objecti non cadat sub cognitione; sed quia modus objecti non est cognoscens: id est, quia modus, quo cognoscitur, non est modus, quo objectum petit cognosci: & modus, quo petit cognosci, infinite excedit modum, quo cognoscitur. Faneor ergo, quod qui videt Deum per affectionem, videt in eo, quod infinite existit, & quod infinite cognoscibile est: sic fit videt omnem modum, qui est in Deo. Sed non videt eo modo, scilicet infinito, quo Deus petit cognosci. Sicut aliquis probabiliter scire potest, aliquam propositionem esse demonstrabilem, licet ipse eam demonstraverit non cognoscit.

XIII. Ad confirm. respondeo primo cum eodem ibi ad 2. quod non propter hoc Deus incomprehensibilis dicitur, quasi aliquid ejus sit, quod non videtur, sed quia non ita perfecte videtur, sicut visibilis est. Sicut, cum aliquam propositionem demonstrabilem per aliquam probabilem rationem cognoscitur, non est aliquid ejus, quod non cognoscatur, nec subjectum, nec predicatum, nec compositum; sed ita non ita perfecte cognoscitur, sicut cognoscibilis est; quia ad finem in modo cognoscendi illum non pervenitur.

XIV. Resp. secundo ex eodem S. Doctore ibi art. 7. dist. maj. ut nihil ejus lateat, nec quoad formalia, & intrinseca, nec quoad virtualia, & connotata, conced. maj. nihil lateat quoad formalia, nego maj. & dist. min. nego conc. Ut ergo aliquid comprehendatur, non sufficit, ut totum sic videatur, ut nihil ejus lateat videntem quoad praedicata formaliter, & intrinseca in eo existentia: hoc enim pertinet ad cognitionem solum quidditativam; sed ulterius requiritur, ut penetrat etiam omnia, quae in eo latent, seu quae virtualiter sunt in illo, comprehendendo ejus virtutem, & in eo cognoscendo omnia, & circumferibilia, & ad finem in modo cognoscendi pervenire, ut Augustinus requirit ad veram comprehensionem. Cum autem nec Beati videant, nec ulla creatura videre possit omnia, quae Deus facere potest, nec virtutem ejus totaliter penetrare, ut probat D. Thom. 1. part. quae. 12. art. 8. inde non potest creatura illum comprehendere.

XV. Secundo obijci potest, & simul insari. Potest intellectus creaturae videre omnia praedicata formalia, & intrinseca Dei, & illa videre modo finito; ergo etiam poterit videre omnia praedicata virtualia Dei, & illa videre modo finito: quia non magis infinita ista sunt, quam illa: immo minus, cum ea, quae potest Deus facere, infinita sint in numero quidem, sed non in entitate: praedicata vero intrinseca Dei in entitate infinita sunt, cum sint ipsam esse per essentiam.

XVI. Resp. dist. conseq. videre modo infinito, ut visa in se ipsis, omitto conseq. ut visa in Deo, & ex vi cognitionis divinae virtutis, nego conseq. Dato ergo, quod videre praedicata extrinseca Dei, nempe possibilis, non argueret infinitum modum in cognoscente, illum argueret eadem videre in Deo, & ex vi penetrationis omnipotentiae: quia, ut docet S. Thomas citato art. 8. hoc esset comprehendere ejus virtutem: nullus enim intellectus potest in causa cognoscere omnes causas effectus, nisi qui causam totaliter comprehendit. At dum cognoscit praedicata intrinseca Dei, cognoscit objectum infinitum, sed quia non adequate illud penetrat, & totaliter, etiam quoad latentia, non cognoscit illud modo infinito, sed modo finito.

XVII. Tertio obijci potest. Falsum est, quod: ut aliquid comprehendatur, debet tantum cognosci, quantum cognoscibile est; ergo &c. Ant. prob. primo. Forma comprehenditur, tum ab Angelo superiori, tum ab inferiori: & tamen Angelus superior perfectius illum cognoscit. Secundo. Angelus inferior in sententia multorum comprehendit Angelum superiores: & tamen Angeli inferiores cognoscitivitas non adequat cognoscibilitatem Angeli superioris, & proinde eum non cognoscit quantum cognoscibilis est. Ergo &c.

XVIII. Resp. neg. ant. ad primam, prob. conc. ant. nego conseq. Quando enim dicimus, ad notitiam comprehensionem requiri, quod tantum cognoscatur objectum, quantum cognoscibile est, non intendimus, quod debeat cognosci ea perfectissima cognitione, qua cognosci potest, alius nil posset comprehendendi, nisi a Deo: sed solum, quod debeat cognosci, quantum ejus cognoscibilitas petit, hoc est, cognitione adaequante, & tanta, quantum petit ejus cognoscibilitas, ut perfecte cognoscatur. Efto autem Angelus inferior non ita perfecte in modo cognoscendi cognoscatur formam, ut superior; tamen cognitio inferioris Angeli, non solum adequat cognoscibilitatem formae, sed eam longesuperat.

Ad secundam, quae potest esse replica, dist. min. non adequat ex parte rationis, quae attingitur, nego min. non adequat ex parte rationis sub qua, subdit, non adequat in specie, conc. min. in gradu, nego min. Itaque ad comprehensionem requiritur quidem, quod cognitio ita adequat rem, ut cognoscit illam tantum, quantum petit cognosci ex parte rei cognoscit: ita, ut nihil fit in re, five formaliter five virtualiter, quod per illum cognitionem non penetrat. Quod autem res non attingatur sub tanta ratione sub qua, seu sub tanta adaequante, quantum habet in se, hoc non requiritur. Hinc ergo fit, quod cum Angelus inferior cognoscatur ex parte rationis quae quiddam est in Angelo superiori, ita ut nihil eorum, quae in superiori sunt, lateat inferiori, bene dicitur illum comprehendere. At nulla creatura quantumvis lumine elevata potest, neque ex parte rationis quae, divinam cognoscibilitatem

adequare, secundum ea, quae continent tam formaliter, quam virtualiter, quia ad hoc requireretur, quod intellectus infinito penetraret lumine, Deumque infinito modo cognosceret.

XIX. Quarto obijci potest. Deus ut comprehensibilis cadit sub objecto adequato intellectus creati; ergo hic poterit elevari ad comprehendendum ipsum. Antecedens probatur. Deus esse comprehensibilis modo cognoscibilem est perfectio existens in Deo; sed Beatus videt omnem perfectionem existentem in Deo; ergo videt Deum ut comprehensibilem.

XX. Resp. neg. ant. Deus enim, ut cadit sub objecto adequato intellectus creati, est Deus finito modo attingibilis, & consequenter Deus, ut quidditative cognoscibilis, non comprehensibilis: sic enim est objectum solius intellectus Divini. Ad probat. autem conc. totum. Aliud enim est cognoscere, Deum esse comprehensibilem, aliud Deum comprehendere. Nam Beatus videt, Deum esse infinite cognoscibilem, & tamen Deum infinite non cognoscit. Et potest aliquis cognoscere, propositionem aliquam esse demonstrabilem, quam tamen demonstrative non cognoscit, sed solum probabiliter. Sic Beatus videt comprehensibilitatem Dei, ad eam videt quidditative, non comprehensive, videt immensitatem, sed non immensitatem, infinitatem, sed non infinite. Et ratio est, quia videt, aliquid esse comprehensibile, dicit solum videre objectum, quod possit comprehendere ab aliquo. At videre comprehensive est de facto illud comprehendere; sicut videre objectum infinite est de facto illud infinito modo videre.

XXI. Quinto argui potest. Anima Christi comprehendit scientiam visionis Dei; ergo comprehendit Deum, quia quiddid in Deo est. Deus est. Antecedens probatur. Anima Christi cognovit ea omnia, quae Deus videt scientia visionis; ergo comprehendit scientiam visionis.

XXII. Resp. nego ant. ad probat. distinguo antecedens, scientia visionis inaduate cum, concedo antecedens, adequate sumpta, nego ant. Scientia visionis Dei sumi potest & inaduate, ut solum dicit cognitionem eorum, quae sunt, erant, & fuerunt: & hoc modo anima Christi videt omnia, quae Deus videt scientia visionis. Sumi etiam potest adequate, ut scientia visionis Dei eadem est ac scientia simpliciter intelligentiae, & dicit scientiam omnium, quae in Deo sunt tam formaliter, quam virtualiter. Qui ergo cognoscit omnia, quae Deus cognoscit scientia visionis adequate accepta, cognoscet omnia, quae in Deo sunt tam formaliter, quam virtualiter, & Deum comprehendit. Sed hoc modo nec anima Christi, nec ulla creatura videre potest omnia, quae Deus videt scientia visionis.

D E I U M I I.

Quid Beati in Deo videant: an Deum simul unum, & trinum: & an aliter de possibili convincere queat?

S. I.

Resolvitur prima pars.

NOTO, ea, quae in Deo sunt: alia esse in eo formaliter, ut essentia, attributa, seu perfectiones simpliciter simplices, & relationes, vel Personae; alia vero esse in eo virtualiter solum, seu eminenter, ut creaturae omnes, quae producit, & potest producere. Rursus ea, quae sunt in Deo formaliter: alia sunt in eo necessario, ut attributa, & relationes; alia libere, ut decreta divine voluntatis, quae ita in eo sunt, ut poterint in eo non esse. Et rursus necessaria: alia sunt omnino absoluta ab omni respectu ad creaturas, ut quadam attributa, quibus Deus se denominatur; alia dicentia quadam respectu ad creaturas. In hoc dubio de necessario in Deo existentibus sermo erit, & quidem in triplici sensu. Primo, an de facto beatus omnia, quae formaliter in Deo necessario sunt; videt. Secundo, an videat etiam omnia, quae necessario virtualiter in eo sunt. Tertio, an saltem de potentia absoluta possit fieri, ut ex iis, quae formaliter necessario in Deo sunt, Beatus unum videat, alio non vilo.

II. Dico primo: Beati videntes Deum de facto vident omnia, quae formaliter necessario in eo sunt: nimirum Essentiam, Personarum Trinitatem, & Attributa omnia secundum proprias eorum rationes formales. In hoc asserto conveniunt omnes Theologi, & merito. Videatur enim declaratum tanquam de fide a Concilio Florentino in Decreto unitatis, ubi statuitur: Anima sua exiit corporibus purgata in Calum, mox recipitur, & invenitur clare Deum unum, & trinum, scire esse. Et probatur testimonio Christi, tum Joann. 17. vers. 3. Hic est verum vitam aeternam, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. Tum Joann. 14. vers. 9. Qui videt me, videt & Patrem meum: rationem assignans vers. 10. Non creditis (inquit) quia ego in Patre, & Pater in me est? Et 1. Jo. 3. vers. 2. Similes estis crimi, quia videtis eum, scilicet est. Cum ergo Deus sit unus, & trinus in se, & formaliter bonus, sapiens &c. omnia illa videbit Beatus, alia non videbit Deum; sicut est, fed aliter ac est, si unum videret, non vilo alio.

Ratio etiam staret. Visio enim beata est quidditativa, & intuitiva; ergo omnia attingit, quae ad Dei quidditatem spectant. Et eo maxime, cum quidditas Dei sit summe simplex, immo una simplicissima res, non potest intellectui beato praesentare seipsum clare, ut est, quin omnia secum ei praesentet. Sed de hoc fufius infra S. 3.

III. Quaes. an omnia haec per unicum actum videantur, an per plures?

IV. Respon-

IV. Respondeo cum D. Thoma hac 1. part. quae. 12. art. 10. quod ea, quae Beati vident in Verbo, non successive vident, sed simul, & eodem actu. Intantum enim nos eodem actu, & simul non possumus multa intelligere, quia multa per diversas species intelligimus; diversis autem speciebus non potest intellectus unius simul actu informari, sicut nec unum corpus potest simul diversis figurari. Si tamen contingat, nos per unam speciem multa intelligere posse, sicut si per unam speciem totius singulas partes ejus cognoscamus, tunc simul intelligimus multa. Atqui Beati ea, quae vident in Deo, non ea vident per proprias & distinctas species, sed per unam speciem omnia clare & distincte representantem, nimirum divinam essentiam. Ergo omnia simul unico actu vident.

S. II.

An de facto videant, qua virtualiter in Deo sunt.

DICO secundo. Beati non vident omnia, quae virtualiter in Deo sunt, immo nec videre possunt, fed aliquid vident plura, alii pauciora. Ita S. Thomas quae. 12. articulo 8. Tres habet partes hoc assertum. Prima, & secunda probantur ratione D. Thomae, quam Dubio precedenti retigimus. Nam si Beatus de facto videret in Deo, aut videret posset omnes creaturas possibilis in particulari, seu quidquid Deus potest facere distincte, & secundum particularitates rationes, de facto comprehenderet virtutem effectivam Dei, seu Omnipotentiam, vel eam comprehendere posset; sed hoc esse impossibile, Dabio precedenti offendimus; ergo &c. Major probatur principio S. Thomae. Quanto aliqua causa perfectius videtur, tanto plures effectus in ipsa videntur, & e contra quanto plures effectus in causa videntur, tanto perfectius causa videtur; ergo qui omnes effectus in causa videt, perfectissime eam videt, quia eam undequaque penetraret, & omnia in ea latentia detegeret; ergo eam comprehendere.

VI. Item, esto Beati videntes Omnipotentiam, videant etiam terminum omnipotentiae, quod est quodcumque possibile non sequitur, quod eam comprehendat. Nam videntes possibile bus ratione possibilis vident quidem terminum formalem Omnipotentiae, sed non vident terminos materiales, seu rationes particulares omnium eorum, quae possibilis sunt, quae in Omnipotentia latent: & quod ad comprehensionem necessarium esse.

VII. Similiter ead videant Filium Divinum, qui est terminus adaequatus potentiae generativae Patris, non sequitur, quod illum comprehendat, quia vident illum solum intuitively, & quidditative, non vero comprehensive, id est secundum omnia, quae exprimit, aut repraesentat.

Et licet insuper (ait D. Thom. hic ad 3.) majus sit videre Deum, quam omnia alia: tamen, majus est videre sic Deum, quod omnia in eo cognoscatur, quam videre sic ipsum, quod non omnia, sed pauciora, vel plura cognoscatur in eo. Unde primum inferi Deo comprehensionem, non secundum.

VIII. Tertia pars probatur ex Divo Thoma articulo 8. citato in corp. ubi concludit: Sed horum, quae Deus facit, vel facere potest, tanto aliquis intellectus plura cognoscit, quanto perfectius Deum videt. Illa porro creatura plura in Deo detegit, & perfectius Deum videt, quae majori lumine donatur, ut dicitur est. Cur autem ab ista aliquid potius detegatur, quam aliae, ratio ab intrinseco traditur a D. Thoma q. 8. de potentia articulo 4. ad 12. quia scilicet quidam sunt scientiores, quidam manifestiores; & ideo ex visione divina essentia quadam scientiores, quidam non. Quod exemplo confirmat dicens: Sicut patet, quod ex principis demonstrationibus hanc aliquam conclusionem eliciuntur, quidam vero non nisi per multa media. Alia etiam ratio ab extrinseco esse potest beneplacitum Dei: Cum enim cognitio ulla creaturae non pertinet ad substantiam beatitudinis, ut docet idem D. Thomas mox relatam, sicut Deus manifestat Beato ex creaturis existentibus, quas ipsi placet, ita ex creaturis possibilibus, esto omnes forent aequaliter visibiles.

Quaes. tamen, an Deus possit a Beato videri, non visa in eo illa creatura in particulari?

IX. Respondeo affirmative, quia nullus creaturae visio est de substantia beatitudinis. Ita Div. Thomas hac quae. 12. articulo 8. ad 4. Naturale enim desiderium intellectus non petit cognoscere illa, quae non sunt; sed fieri a Deo possunt. Si tamen solus Deus videretur, qui est fons, & principium totius esse, & veritatis, ita repleret naturalem desiderium sciendi, quod nihil aliud quaerere, & beatus esset. Unde dicit Augustinus 5. Confess. cap. 4. Insuper homo, qui scit omnia illa (scilicet creaturas) se autem nescire: beatus autem qui se scit, etiam si illa nesciat. Qui vero & se, & illa novit, non propter illa beatus est: sed propter se solum beatus.

S. III.

An de potentia Dei absoluta possit Beatus videre praedicatum Divinum absolutum, seu relativum visio alio, vel absolutum sine relativo.

Thomista, alique plures considerant negant. Scotista affirmant, volentes, quod vident omnia, quae in Deo formaliter necessario sunt, sit quidem conaturaliter visio, ut intuitiva, quidditativa, & beatificativa non tamen essentiale.

X. Dico tamen. Fieri nullo modo potest, ut videatur aliquid

quid in Deo, quin videatur quidquid formaliter necessario in illo est; ideoque quin visa essentia videantur attributa, relationes &c. Hoc primo offendunt verba Christi supra Joann. 34. vers. 9. & 10. Philippo, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis, ostende nobis Patrem? non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Ubi Christus sic arguit. Ego sum in Patre, & Pater in me (propter scilicet unitatem essentiae); ergo qui videt me, videt & Patrem; sed si videri posset Filius in se, non viderendo Patrem, haec Christi illatio non esset legitima, quia posset dari antecedens verum, & consequens falsum; ergo &c.

XI. Respondet Frazer primo, Christum ibi loqui de visione per fidem, ac si dicat, qui credit mihi, & operibus meis, necesse est, ut viderendo me nempe divinitatem meam per fidem videat & Patrem, quia Pater in me manens ipse facit opera.

XII. Respondet secundo, illationem Christi esse legitimam, sed tantum conaturaliter, & attendita potentia ordinaria, non vero necessarium.

XIII. Sed contra primum, data illa explicatione (quam dicunt esse Chrysolomus homil. 73. in Joann. Cyrillus lib. 9. in Joann. cap. 37. & Tertullianus lib. contra Praxeam cap. 24.) arguo sic. Qui crederet Christo, & operibus ejus, necesse erat, ut videret Divinitatem ejus per fidem, videret & Patrem, quia Pater in eo manens faciebat opera; ergo multo magis qui intuitive, & clare videt Filium, necesse est, ut videret Divinitatem ejus, videat & Patrem, quia Pater in eo manens ei communicat substantiam.

XIV. Contra secundam sic. Tunc illatio est necessaria, quando unum sine altero non potest offendi, unum sumunt; atqui haec est illatio Christi; ergo &c. Major patet, quia causalis aequivaler universalis, & necessariae propositioni. Minorem vero docet Sanctus Augustinus lib. 1. de Trinitate cap. 8. sic: Sive audiamus, ostende nobis Filium, sive audiamus, ostende nobis Patrem; taurumdem vult; quia neuter sine altero potest offendi: unum quippe sunt; sicut & ipse ait: Ego & Pater unum sumus. Et enarrat in Psalm. 85. Videris (inquit) quod in Visione Patris & Filii visis est: ideo consequenter subjecti, & aliter, necitatis, quia ego in Patre, & Pater in me est; ideo, & me visis, videtur & Pater, & Pater visio videtur & Filius, Pater & Filius separari non potest visis. Ubi non minus separatur natura, & substantia, visio separari non potest. Ex quibus ita subsuim. Sed substantia unius nempe Filii separari non potest, nedum naturaliter, sed essentialiter; ergo visio unius separari non potest a visione alterius, nedum naturaliter sed essentialiter.

XV. Secundo. Hoc idem docet Angelicus Praeceptor, tum 2. 2. qu. 2. art. 8. ad 3. ubi de summa Dei bonitate ait: Summa bonitas Dei secundum modum, quo nunc intelligitur per effectum, potest intelligi absque Trinitate Personarum. Sed secundum quod intelligitur in seipso, prout videtur a Beatis, non potest intelligi sine Trinitate Personarum. Tum 3. p. quae. 3. art. 3. in corp. ubi loquens de cognitione Dei, ut in se est, haec scribit: Sic impossibile est, quod circumscriptur per intellectum aliquid a Deo & quod aliud remaneat: quia totum, quod est in Deo, est unum salvis distinctione Personarum: Quorum tamen una tellitur substantia alia, quia distinguantur solis rationibus, quae oportet esse simul.

XVI. Probatur ratione primo. Beati vident Deum, sicut est in se, ut 1. Joannis 3. vers. 2. sed si viderent Deum unum, & non trinum, essentiam, & non attributa, non viderent Deum, sicuti est, fed aliter ac est: nam illum viderent unum, & non trinum, cum ipse sit unus, & trinus; viderent essentiam, & non attributa, cum in se sit essentia, & attributa; ergo &c.

XVII. Confirmatur primo. Si Divina essentia tantum existeret in uno supposito, ea non posset videri, sicuti esset, nisi videretur illud suppositum; ergo cum revera existat in tribus suppositis, impossibile est, eam videri; ut est in se, & non videri tria supposita.

XVIII. Confirmatur secundo. Mais distinguuntur in Angelo natura, & persona, quam in Deo; sed fieri non potest, quin aliquis videat Angelum, sicuti est, quin etiam videat ejus personam; ergo nec quisquam videre poterit Deum, sicuti est, quin videat tres Personas.

XIX. Confirmatur tertio ex Divo Thoma nuper allato. Videre essentiam Divinam, sicuti est, & non videre attributa, vel Personas, est attributa, & Personas non amplius in Deo remanere: videre Patrem, & non Filium, est Filium non remanere; sed hoc est impossibile, cum sit Deum destruttore; ergo &c. Major probatur. Ut attributa, & Personae remanent in Deo, debent esse unum, & idem realiter cum essentia: ut illius remaneat, debet esse simul cognitione cum Patre; sed si videretur essentia divina, ut revera est in se, non visis attributis, & relationibus, jam attributa & relationes non essent unum realiter cum essentia: & si videretur Pater, non vilo Filio, Filius non esset simul cognitione cum Patre; ergo &c.

XX. Probatur secundo ratione communi. Visio Dei debet esse intuitiva, quidditativa, & beatificans, ut Scotista admittunt; sed, ut talis sit, non solum conaturaliter, ut fatentur, sed necessario, & essentialiter debet videre omnia, quae formaliter necessario in Deo sunt; ergo &c. Minor probatur. Quatenus intuitiva (ad differentiam cognitionis abstractivae, quae apprehendit objectum proportionate ad captum suum) debet videre Deum ut est in se; & consequenter unum sine altero videre non potest, ut jam probatum est. Quatenus quidditativa debet ferri ad rem secundum omnia, quae in suo concepta quidditativo simpliciter: non enim esset quidditativa, si non at-



non attingeret omnia, quae sunt de illius quidditate: sed Deo, qui est tota essendi plenitudo, essentialiter conveniunt omnes perfectiones, & attributa; ergo &c. Quatenus tandem beatificatio debet esse perfecte satisfativa appetitus, juxta illud Psalmi 36. v. 15. Satiabor cum apparuerit gloria tua; at non esset perfecte satisfativa, si videns essentiam, non videret attributa, resolutiones, aut unam Personam sine alia, quia videns essentiam, ut in se non quietatur, nisi videat ejus proprietates, & contra videns unam Personam, non acquiescit, nisi videat aliam, cum omnia aequè visibilia sint ergo &c.

S. IV.

Respondetur Scotistarum momenti.

XXI. Primo arguitur. Quando cognitio habet duo objecta, quorum unum est primum, & aliud secundarium, potest absolute terminari ad primum, & non secundarium; sed essentia Dei est objectum primum visionis beatificae: attributa autem, & Personae sunt objectum secundarium; ergo &c.

XXII. Respondetur in primis, falsam esse min. quia attributa, & relationes non sunt proprie objecta secundaria; cum sint ejusdem aequalitatis cum essentia, ut ostendimus: sed, vel aequè pertinent ad objectum primum, vel modi essentialis objecti formalis, & primarii.

Ceterum, hoc omnino, dico, majorem esse veram, quando objectum secundarium in ratione cognoscibilis non habet necessariam connexionem cum primario: scilicet, si necessarium cum eo connectatur. Cum autem divina essentia visibilis, ut est in se, essentialiter dicat etiam attributa, & relationes, alias non videretur, ut in se est, ideo non potest essentia videri, quin & ista videantur.

XXIII. Secundo arguitur palmari argumento. Scante identitate inter essentiam Divinam, & Paternitatem, Filio aeterno communicatur essentia, & non Paternitas; ergo statim eadem identitate poterit videri essentia & non videri Paternitas.

XXIV. Respondetur, negando conseq. & discernit est, quia Paternitas non est communicabile Filio, utpote ei relative opposita: At Paternitas non est invisibilis, sed aequè visibilis, ac natura, ideoque visa natura, ut est in se, debet necessario & ipsa videri: sicut communicata natura Filio communicatur ei omnia, quae communicabilia sunt. Unde hoc argumentum retorquetur contra Scotistas. Primo. Natura Divina de facto communicatur, quin de facto, & conaturaliter Filio communicatur Paternitas; ergo Natura Divina sic videbitur, ut in se, quin de facto, & conaturaliter videatur Paternitas; hoc autem Scotista non admittunt. Secundo. Communicata essentia Filio, communicatur ei quiddam communicabile est, ita, ut oppositum sit impossibile; ergo visa essentia, ut est in se, debet videri quiddam est visibile, ita, ut oppositum sit impossibile.

Tertio ex doctrina Scoti in 3. diff. 7. qu. 5. si Incarnatio facti fuisset in essentia, necesse fuisset, tres Personas incarnari, ita, ut una incarnari non potuisset sine alia, quia essentia omnibus convenit: sicut quia illis convenit Omnipotentia, quae est ratio creandi, necesse est, tres Personas simul creare, nec fieri potest, quod una earum creet, & alia non creet. ergo cum ratio primae veritatis, secundum quam videntur similes modo, eadem sit in essentia, & tribus Personis, necesse est, ut, visa essentia, tres omnes viderentur, ita, ut fieri non possit, quod una videatur, & alia non.

XXV. Haec Scoti doctrina praefert aliam instantiam a Scotistis fieri solitam, nimirum. Etsi omnes tres divinae Personae sint communicabiles humanitati Christi; una tamen potest communicari: immo de facto communicatur, aliis non communicatis; ergo licet omnia in Deo existentia sint visibilia, poterit adhuc unum videri, non visis aliis.

XXVI. Nam respondetur ex doctrina Scoti supra citati, quod est omnes tres divinae Personae sint communicabiles humanitati, una tamen est immediate communicata, & non reliqua; quia communicatio non est facta in eo, in quo omnes conveniunt; nempe in essentia, vel in alio absoluto, sed in eo, in quo una ab alia distinguitur, nempe in proprietate Personali; unde Scotus, dicit (inquit) quod essentia non est ratio formalis terminandi ipsam unionem, sed proprietates Personales. At omnia Divina communicantur menti beatae in ea ratione, in qua conveniunt; nempe in ratione summae veritatis visibilis unice & eadem visibilitate. Quare sicut non potest videri color parietis; quin videatur quantitas, & figura ejus, quia licet sint accidentia ejus realiter separabilia, in ratione tamen visibilis sunt modi inseparabiles, cum eadem specie represententur: oculis: ita nec poterit unum Divinum videri sine alio, quia in ratione visibilis unum sunt, & eadem Divina essentia uti specie omnia representantur.

XXVII. Obijciunt tertio. Non repugnat, unum divinum sine alio videri, nec quia Visio intuitiva est, nec quia quidditativa: nec quia beatificativa; ergo &c.

Antec. pro prima parte prob. Nam, cum videmus hominem a longe venientem, talis visio est vere intuitiva: & tamen potest cognosci, quod sit animal, & nondum cognosci, quod sit homo, & quod sit homo, & non Petrus; ergo &c. Item visus percipit colorem intuitivo, & ut in se est, & tamen non percipit rationem qualificatam, est illi essentialis. Et Angelus intuetur sumum intellectum, est illi essentialis. Et Angelus intuetur sumum intellectum, est illi essentialis. Et Angelus intuetur sumum intellectum, est illi essentialis. Et Angelus intuetur sumum intellectum, est illi essentialis.

Pro secunda probatur. Quia non implicat, quod Deus infundat speciem homini, quae Angelos quidditative cognoscat, ita, ut videat, eos esse intelligentias simplices, & immateriales, licet eorum differentias non videat.

Pro tertia parte probatur. Tum quia essentia Divina seipsa est summum bonum, & radix omnium Divinarum perfectionum; ergo se soli est potens facere Beatum. Tum etiam, quia Pater aeternus in illo signo, quo intelligitur generare Filium, est perfecte Beatus: & tamen tunc nondum videt essentiam, ut communicatam Personae Filii, & Spiritus sancti, cum pro illo signo nondum coequeantur producti; ergo.

XXVIII. Resp. nep. antec. prob. omni sal. parte. Ad prob. primae partis dico, hic nos loqui de visione intuitiva clara, & distincta, qualis est visio beata, quae videmus Deum, sicut est; non de visione obscura, & confusa, qualis est visio alicujus ventis a longe. Immo retorquetur instantiam. Quia enim, dum videmus aliquem a longe, non videmus omnia, quae visibilia sunt in ipso, non videmus eum, sicuti est, sed solum confuse; ergo si Beatus videret aliquid Dei, & non omnia, quae visibilia sunt in ipso, videret Deum, non clare, & sicuti est, sed confuse.

Ad id, quod additur de oculo, dico, oculum videre colorem intuitivo, & sicut est, non absolute, sed in rationeoculariter visibilis; unde non mirum, si ipsum non videt sub ratione qualitatibus. Immo retorquetur argumentum. Oculis intuitive videns colorem, necessario videt omnia, quae circumstant ipsum in ratione visibilis, nempe magnitudinem, figuram, motum, quamvis per se color non sint; ergo a pari Beatus videns essentiam Divinam &c.

De Angelo dico, cum intuetur sumum intellectum, non respicitur omnium actum, etiam supernaturalium; quia sic lumine naturali visibilis non est, sed eum intuetur, ut precise dicentem ordinem ad actus naturales, & ideo non intuetur potentiam obedientialem ejus.

XXIX. Ad prob. secundae partis dico similiter, speciem representantem forum gradum genericum Angelorum, & non gradus specificos, fore speciem representativam imperfecte, & confuse, non clare, & distincte: unde non licet trahere argumentum ad visionem beatificam. Addo, aliud esse loqui de visione Dei actus purissimam, aliud de visione alicujus creati includentis potentialem, & compositionem. Dato enim, aliquo esse creatum cognosci posse quidditative forum inadaequate, quia non omnia, quae sunt in illo, ejusdem cognoscibilitatis sunt, nec unum formaliter includit aliud, & ens tamen Divinum, & actus purissimus, ubi omnia ejusdem aequalitatis, & visibilitatis sunt, videri non potest quidditative, quin omnia videantur.

XXX. Ad prob. 3. partis pro prima dico, quod ex eo, quod essentia Divina sit summum bonum, sequitur eam non posse ostendi, ut est in se, nisi ostendatur etiam, quod in ipsa sunt aliae Beatus aliquid non videns, non videret omne bonum, & non satisfatur.

Pro secunda vero prob. nego min. Signum enim illud, quo intelligitur Pater generare Filium, non est signum, in quo, vel sit, vel concipiat Pater, & non sit, aut concipiat non esse Filium; alia Filius accepisset esse post non esse: quod Arimianum saperet. Est ergo signum a quo, & originis. Ideo dum Pater intelligit seipsum, intelligit, Filium a se, & Spiritum Sanctum a se, & a Filio procedere. Dicit etiam potest claritas ergo, quod est pro illo priori cognitione Patris non respiciat Filium, & Spiritum Sanctum in ratione objecti suae cognitionis, & ideo non stat, quod Pater videat essentiam, & se ipsum, & non videat Filium, & Spiritum Sanctum. Breviori tamen via respondeo, data min. neg. conseq. Ideo enim in illo signo Pater aeternus est perfecte beatus, et non videt essentiam suam, ut communicatam Personis, quia pro illo signo nondum apparet, & nondum est visibilis divina communicatio. Quare retorquetur instantiam. Si pro illo signo visibilis esset, & apparetur communicatio Divinae essentiae Personis, & eam Pater aeternus non videret, non est perfecte Beatus, sicut nec esset, si aliquid est essentialibus non videret; sed respectu Beati communicatio tribus Personis visibilis est, & apparetur; ergo si eam non videret, non esset perfecte Beatus.

DUBIUM III.

Quam praeferat Deum Beati in Verbo videtur?

S. I.

Quid sit videtur Creaturas in Verbo?

Videtur creaturas in Verbo, sive in Deo, sive in essentia Divina idem est. Dicuntur creaturas specialius videri in Verbo, quia, ut ait D. Augustinus lib. 83. qu. 63. in nomine Verbi significatur, non solum respectus ad Patrem, sed etiam ad illa, quae per Verbum facta sunt operativa potentia. Unde D. Thom. 1. q. 9. 3. art. 3. statuit, in nomine Verbi importari quidem primario respectum ad Patrem, cuius est expressivum, sed ex consequenti etiam respectum ad creaturas, quarum expressivum est, & simul operativum, juxta illud dixit (per Verbum producendo) & facta sunt: quia importatur in Verbo ratio factiva eorum, quae Deus facit.

II. Quomodo autem Verbum sit expressivum, seu representativum creaturarum, seu quomodo creaturae represententur, & videantur in Verbo, hic quaeritur. Volunt propterea aliqui creaturas representari, & videri in Verbo, sicut in speculo. Alii vero, sicut in causa, & exemplari.

Speculum, ut ait D. Th. q. 12. de verit. art. 6. proprie loquendo, non invenitur, nisi in rebus materialibus, sed in rebus spiritualibus.

visibilibus per quendam transumptionem dicitur per similitudinem acceptam a speculo materiali, ut scilicet in rebus spiritualibus dicitur esse speculum id, in quo aliarepresentantur, sicut in speculo materiali apparent forma rerum visibilibus. His prae-missis.

III. Dico. Creaturae representantur, & videntur in Verbo, non tamquam in speculo, sed potius tamquam in causa operativa, & exemplari. Ita D. Th. loco citato: & probat. Speculum enim potest dici illud, in quo rerum similitudines a rebus ipsis resultant, ut in speculo materiali patet, in quo species hominis ab ipso homine imprimitur: illud autem, in quo inveniuntur species rerum, ut praerelictum ad res ipsas (ut est in mente artificis species domus, quae in eo praerelicta ad domum faciendam) non potest proprie speculum dici, sed magis exemplaris sed in Deo sunt species rerum, non resultant a creaturis, & ab illis Deo impressae, sed praerelictae creaturis, & illis a Deo impressae; ergo Deus dici non potest speculum, sed magis exemplar creaturarum.

IV. Hinc (infern. S. Doct. nup. inquam invenitur dictum a Sancto Th. quod Deus sit rerum speculum, sed magis quod ipsa res creata sunt speculum Dei, prout dicitur 1. Cor. 13. v. 12. Videmus nunc per speculum in aenigmate, & sic etiam Filius dicitur esse speculum Patris, pro ut a Patre in ipso specie divinitatis recipitur, secundum quod habetur Sap. 7. v. 26. Speculum sine macula. Hae D. Th. Et certe manifesta est diversitas Dei, & speculi. Nam speculum representat ea, quae sibi sunt impressa: Divinae autem essentiae nihil potest imprimi. Accedit quod imagines in speculo resultant sunt ibi in actu distincte, in Deo autem res ipsae distinctae unum sunt per modum, quo multi effectus uniantur in una causa: Et ideo modus, quo res omnes sunt in essentia divina, similis est modo, quo effectus sunt in causa, quam modo, quo imagines sunt in speculo. V. S. Doct. q. 8. de verit. art. 4. in corp. q. 20. art. 4. etiam in corp. In Verbo igitur, quod cognoscitur, sicut in causa, vel operativa, vel exemplari, videntur Beati creaturas, quas vident.

S. II.

Enumerantur res, quae a Beato videntur.

V. Dico primo. Beatus videt omnia mysteria fidei, quae in hac vita creduntur. Probatur. Tum quia visio Dei est dos animae succedens fidei, & eam consummans: juxta illud Pl. 47. v. 9. sicut audimus, sic vidimus. Et Pauli 1. Cor. 13. v. 10. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est: & v. 12. Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Tum quia quilibet fidelis desiderat videre res, quas fide credit; ergo cum beatus sit perfecta videns res, quos fide credit, & desideriorum satisfativa. Beati videntur in Verbo omnia mysteria, quae fide creditur.

VI. Hinc D. Aug. lib. 20. de civ. Dei c. 21. exponens verba Isaiae 66. v. 14. Videtis, & gaudebit cor vestrum: Ait: nec expressit, quid videbitur: sed quid, nisi Deum? ut impletur in nobis promissum Evangelicum: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, & omnia illa, quae nunc non videmus, credentes autem pro modo capite artis humanae, longe minus, quam sunt, & aequo incomparabiliter cogitamus. Et videbitis, inquit, & gaudebit cor vestrum. Hic creditur, ibi videbitis. Et D. Th. 2. 2. q. 1. art. 5. Quo (inquit) de Trinitate credimus nos visuros speramus, & quam quidem visionem jam Angeli habent. Unde quod nos credimus, ille videt.

VII. Quamvis autem non omnes fideles hic sint aequales in credendo explicite mysteria fidei: probabile tamen est, quod in Patria futuri sint aequales quantum ad numerum mysteriorum, quae hic credimus, & per consequens quod omnes Beati vident omnia mysteria, quae in Ecclesia militante proponuntur credenda; non tamen sint aequales quantum ad modum clarius, & perfectius videnti.

VIII. Etsi igitur omnes vident mysteria fidei quoad substantiam; non tamen est necesse, ut illa vident quoad omnes circumstantias temporis, & loci. Immo de tempore universalis Judicii dicitur, Marci 13. v. 32. De die autem illo, vel hora nemo scit, neque Angeli in Caelo. Sic est in principio suae beatitudinis Angeli mysterium Incarnationis videntur; non tamen videntur omnes circumstantias loci & temporis; sed de his fuerunt successu temporis extra Verbum per revelationes edociti.

IX. Pariter licet vident mysteria, quae peraguntur in pluribus, non est tamen necesse, ut ea vident in omnibus individuis in quibus peraguntur; sic licet omnes Beati vident Christum in Eucharistia Sacramento, non tamen eum vident in omnibus hostiis, quas quotidie ubique terrarum consecrant Sacerdotes. Et licet vident mysterium resurrectionis; non tamen vident omnes resurrectiones, saltem omnes damnatos: Quia haec, & similia ad beatitudinem, vel ad statum Beatorum necessaria non sunt.

X. Dico secundo. Quilibet Beatus videt in Verbo totum universum quoad ejus partes principales, ut Caelum, & Elementa, & omnia genera, & species rerum, tum corporalium, tum spiritualium; non tamen videt omnia individua rerum materialium, nisi forte spectent ad ejus statum. Prima pars probatur. Quia desiderium rationalis naturae est ad scienda omnia ea, quae per se pertinent ad perfectionem intellectus; & haec finis partes praecipuae universi, genera, & species rerum; ergo cum in Beatis omne desiderium impletur, omnia haec illis Verbum representant.

Secunda vero pars probatur. Nam singularia materialia corruptibilia non pertinent per se ad perfectionem universi; neque primario intenduntur, sed solum secundario, & propter

conservationem speciei, quae in uno individuo conservari non potest; Cum autem species rerum inextinguibilium in uno individuo reperiantur, Beatus videns illam speciem, debet illud individuum videre. Utrumque patet docuit D. Th. hac q. 12. art. 8. ad 4. his verbis: Naturale desiderium rationalis naturae est ad sciendum omnia illa, quae pertinent ad perfectionem intellectus, & haec sunt species, & genera rerum, & rationes earum, quae in Deo videntur quilibet videns essentiam divinam. Cognoscere autem singularia, & cogitare, & scire ea, quae non est in perfectione intellectus creati: nec ad hoc ejus naturale desiderium tendit: nec iterum cognoscere illa quae nondum sunt, sed fieri a Deo possunt.

XI. Dico tertio. Beati vident ea, quae pertinent ad proprium statum; non tamen omnia in Verbo, sed aliqui extra Verbum per revelationem, & illuminationem cognoscunt. Pro prima partis probatione advero, Beatum posttripliciter considerari. Primo ut est elevatus ad ordinem gratiae. Secundo ut est pars Universi. Tertio quatenus est talis Persona particularis, & quatenus sit in aliqua dignitate constitutus, vel Pontificia, vel Regali &c. Ergo, cum Beati desiderium debeant esse perfectissime satisfativa, ut nihil ei ad ipsum pertinet superfluum desiderandum, debet omnia cognoscere, quae ad ipsum secundum eam triplicem considerationem pertinent. Sicut ergo Beatus, quia elevatus ad ordinem gratiae, videre debet, omnia mysteria gratiae; quia pars universi omnes partes praecipuae universi, genera, & species videre debet, ut dictum est; Ita quatenus particularis Persona speciali officio decorata, ea, quae ad ejus statum pertinent, cognoscat. Hinc D. Thomas 3. p. q. 10. art. 2. ex hoc principio: Nulli intellectus beato deest, quin cognoscat in Verbo omnia, quae ad ipsum spectant: inferit, quod, cum ad Christum, & ad ejus dignitatem spectent quaedam omnia, in quantum ei subiecta sunt omnia, ipse etiam constitutus est iudex a Deo, quia illius honoris est, ut dicitur Joan. 5. Ideo dicitur Christi cognoscere omnia essentiam secundum quodcumque tempus, & etiam hominum cogitatus, quorum est iudex, ita, ut quod de eo dicitur Joan. 2. Ipse enim sciebat, quid esset in homine, postquam intelligit; non solum quantum ad scientiam divinam, sed etiam quantum ad scientiam animae ejus, quam habet in Verbo. Ita D. Thom.

XII. Idem proportione servata dicendum de Sanctis. B. Virgo, quae omnium fidelium est advocata, videbit omnium fidelium status, ut illis prodesse possit. Ceteri Sancti preces & fidelium cogitatus, qui ad illos dirigitur, cognoscent, ut pro illis apud Deum, & Christum intercedere possint. Quod anno 1528. adversus Lutherum egregie declaravit Concilium Senonense in decretis Fidei, Decreto XII. aliter, quod, quam sit dissonum veritati contrarium sentire, facit intelligi, qui Beatis periculum esse non ignorat omniformis illud dicitur natus speculum, in quo quidquid eorum interest, illucescat. Porro cum teste Guillelmo Parisiensi cap. unico de retributionibus 55. pag. mibi 377. tom. 1. animae Sanctorum, & quilibet licet, vel delectabit ea, videre, visura sine: sit, ut Summi Pontifices Beati videri sint omnia, quae ad praesentem spectant, vel futurum Ecclesiae statum, quam aliquando administraverunt S. P. Dominicus, ac ceteri Religiosum Patriarchae, omnia, quae spectant ad futurum Ordinum gloriam, & sanctitatem, ac decorem: Reges insuper, ac Principes; illa, quae ad Dei gloriam, ac fidei, pietatisque incrementum in illis Regibus, & a ditionibus, quibus praesentur: Et similes omnes Patres familias, quae in sua familia ab exoribus, filiis, amicis, & consanguineis sunt, conspiciuntur sine; haec enim omnia statim respectu suum spectantia, debeat, & delectabit eos videre.

XIII. Quod si dicas: ex his sequi, eos, qui fuerint in altiori dignitate, & tamen minoris meriti, plura in Verbo visuros, & consequenter fore Beatiores, quam alios majoris meriti, qui in dignitate constituti non fuerit: quod tamen falsum est, cum gradus gloriae unice ex meritis pensandi sint.

XIV. Si iterum dicas, S. Augustinum, lib. de cura pro mortuis c. 15. fuisse docere, spiritus defunctorum inspicere, quid hic agatur: sed dum hic agitur, postea, audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt non quidem omnia, sed quae sunt in indicare &c. Et cap. 16. dicit: Martyres opulenti iis, quos pro eis certum est adjuvandi, generaliter orando pro indigniorum supplicantiis, sicut nos oramus mortuis, quibus usque non praesentatur, nec ubi sunt, vel quid agant, scimus. Idem habet Auctor lib. de spiritu, & anima apud D. August. tom. 6. c. 29. dicens: ibi sunt spiritus defunctorum, ubi non vident, & neque audiunt, quae aguntur, aut eveniunt in vita ista hominibus.

XV. Respondetur ad primam, sequi solum, quod Beatus minoris meriti, qui dum viveret, fuit in altiori gradu, plura sic visurus quoad ea, & extensivus, & forte etiam extra Verbum, quam ille, qui minoris meriti, non tamen in gradu dignitatis fuit, dum viveret. Haec tamen superabit cum in beatitudine, quia intensiori visione penetrabit Divinum essentiam, exque pauciora, quae videntur, videntur in Deo, clariorum ea conspiciet. Beatitudinis autem perfectio correspondens meriti, pensatur, non a majori extensione, sed intensiore, & majori penetratione Divinae essentiae, non a plurium cognitione extra ipsam; ut enim superius dicebamus cum Augustino lib. 5. Confess. cap. 4. Et D. Thoma: Beatus, qui se scit, etiam illa nescit (scilicet creaturas) qui vero se, & illa novit, non propter illa beatus, sed tantum propter in beatus.

XVI. Ad secundum respondeo cum D. Th. 1. p. q. 89. art. 8. Sanctum Augustinum, vel loqui de animabus secundum cognitionem naturalem, quae animae mortuorum, secundum ordinationem divinam, & secundum modum essentiae, cum sint segregatae a congregatione viventium, & conjunctae conver-



visioni spiritualium substantiarum, quae sunt a corpore separate, ea, quae apud nos aguntur, ignorant; & hoc etiam videtur tangere Augustinus in libro de cura pro mortuis agenda cap. 12, dicens, quod animae mortuorum rebus viventium non intersunt. Quod repetit in supplemento 3. p. g. 69. art. 3. ad 1. & praecipue q. 77. art. 1. ad 1. ubi ait: Verbum Augustini intelligendum est de cognitione naturali animarum ipsarum...

XVII. Quod si aliquis inquit, S. Augustinum loqui de animabus Beatorum, ac velle, haec prolixius ignorare, quid hic agatur. Respondet D. Thom. 1. p. q. 89. art. 8. citato in corp. Quod quantum ad hoc videtur esse differentia inter Gregorium, & Augustinum. Nam Gregorius ibid. (12. Moral. cap. 14.) subdit, quod tamen de Animabus Sanctis sentiendum non est, quia quae Intus Omnipotentis Dei claritate videntur, nullo modo credendum est, quod sit foris aliquid, quod ignoret. Augustinus vero lib. de cura pro mortuis agenda cap. 13. & 16. expressè dicit, quod nesciunt etiam Sancti, quid agant vivi, & eorum filii. Et post aliqua subdit. Sed Augustinus hoc dubitando dicit: unde praemisit cap. 23. ut vocat quod dicitur per hoc, quod dicitur: Nullo modo credendum est. Magis tamen videtur secundum sententiam Gregorii, quod animae Beatorum Deum videntur, omnia praesentia, quae hic aguntur, cognoscant. Sunt enim Angeli aequales: de quibus etiam Augustinus scribit ibid. cap. 15. quod ea, quae apud vivos aguntur, non ignorant. Haec D. Thom.

XVIII. Quamquam dici etiam potest, D. Aug. non negasse absolute, animas Beatorum videntium Deum cognoscere, quae hic aguntur, ad eorum statum pertinentia. Nam ibi cap. 15. ait: Possunt etiam spiritus mortuorum aliqua, quae hic aguntur, quae necessarium est esse nosse, & quae necessarium est esse nosse, non solum praesentia, vel praesentia, verum etiam futura, spiritus Dei revelante, cognoscere. An vero hac illis revelentur immediate in Verbo, an potius per species a Verbo in ipsis impressas, parum refert. Haec satis. Plura, dum, si Deus dederit, de invocatione Sanctorum tractabimus, dicenda erunt.

XIX. Secunda vero pars asserti, nimirum quod Beati non omnia in Verbo, sed aliqua ex pertinentibus ad suum statum cognoscant extra Verbum, sive per species ab ipso Verbo impressas, seu infusas, ut probetur. Notio, dupliciter intelligi potest, quod Beati aliqua vident in Deo, seu in Verbo. Uno modo formaliter, hoc est, illa eadem visione, qua Deum vident, & sunt beati, ita, ut ipsa Dei visio, eadem sit visio creaturarum, quae dicuntur videri in Deo. Alio modo casualiter, non quidem visione eadem, qua videtur Deus, sed visione distincta, causata tamen ex hoc, quod videtur Deus, seu visione causata ex clara ipsius Dei visione. Ac proxime quae illo modo videntur in Deo, videntur ratione beatitudinis, non quidem formaliter, sed casualiter, in quantum a Verbo clarè viso fit quaedam impressio, seu species in intellectum ad intelligendum aliqua, quae pervisionem beatam formaliter non intelliguntur. Quae indicat D. Thom. q. 8. de Veritate. art. 5. in Corp. dicens: Intellectus Angeli res cognoscere potest, & per similitudines ipsarum rerum, & per ipsum essentiam divinam; sed illa cognitio, qua cognoscit res per similitudines ipsarum rerum est alia a cognitione, qua cognoscit res per Verbum, quatenus etiam illa similitudines causantur ex conjunctione intellectus Angelici ad Verbum, sive per operationem ipsius intellectus Angelici... sive (quod verius est) per influxum Verbi. Et ad secundum: a Verbo (inquit) potest fieri impressio in intellectum Angelici; sed cognitio, qua fit per illam impressionem, est alia a cognitione, qua est per Verbum.

XX. Inter hos duos cognoscendi modos haec est differentia, quod ea, quae Beati vident formaliter in Verbo, seu ea visione, quae formaliter vident Verbum, vident simul, & non successively unde ea, quae modo sic vident, videntur ab initio suae beatitudinis. Ea vero, quae vident, visione quidem a Verbi visione, seu a Verbo causata, sed a visione Verbi distincta, non est necesse, ut simul vident, sed vident seu videre possunt successively, secundum quod Verbo placet impressionem, seu similitudines illorum in intellectum Angeli producere. In quo sensu dicit D. Th. in 2. disp. 11. q. 1. art. 2. ad 4. quod scientiam rerum voluntarium est, quia in eo non videntur, nisi quae ipse vult ostendere. His praenotatis.

XXI. Probatur dicta secunda pars. Si enim Beati omnia, etiam ad ipsos spectantia, viderent visione formali, qua vident Verbum, omnia viderent simul, & non successively, quia, ut docet D. Th. q. 8. de Veritate. art. 4. ad 14. & nos superius res in Verbo, non potest esse successively, quia per unum dicitur cognoscere, & consequenter omnes ea cognovissent ab initio suae beatitudinis; sed multa sunt, quae Beati non cognoverunt statim ab initio suae beatitudinis, sed cognoverunt, & cognoscunt successively: ut Judicii diem, in quo erunt iudicandi, & cum Christo iudicaturi: tempus etiam generalis resurrectionis,

et assumptionis suorum corporum; & aliorum, quae non ad intrinsecam suam beatitudinis, sed ad decemiam pertinent, & successu temporis eveniunt; ergo &c.

XXII. Hinc infero primo, nullum Beatorum, praeter animam Christi, videre formaliter in Verbo omnia praeterita, praesentia, & futura, ut 3. p. q. 10. D. Thom. notum relinquit. De Beata autem Virgine Maria an idem dicendum sit, affirmare non audeo. Certum est, eam, utpote Dei Matrem, Caeterorum Reginarum, & super omnes Choros Angelorum exaltatam, omnia videre quaecumque Angeli etiam supremi vident, & per consequens, quae animae beatae vident, & alia plura, quae placet Filio eius ei revelare, ut testatur Divus Bernardus serm. sequum magnum, & S. Ildelphoni serm. 2. de Assumpti. An vero omnia omnino sciat, etiam Judicii diem, & haec formaliter in Verbo, pium quidem est cogitare, sed asserere non certum.

XXIII. Infero secundo. Angelos Custodes ab initio suae beatitudinis non vidisse, quid circa singulos suae custodiam deputandos finaliter sit eventurum, alias scivissent enim Judicii; quod tamen Christus negat: sed de omnibus his successu temporis cognoscere in Verbo casualiter.

XXIV. Infero tertio, neque Sanctos omnes, omnium quocumque tempore futurorum praesens ad se fundendas ab initio beatitudinis in Verbo simul agnovisse. Tum quia status eorum non requirit, ut tunc sciant. Tum quia sequeretur, beatos seire diem Judicii. Cum enim notitia illa non possit esse confusa, sed clara, & ordinata, necesse fore dicere, quod & temporum, & hominum ordinem, ac successum, qui eos invocaturi sunt, noverint, & ita qui futuri sint ultimi hominum ipsos invocaturi, quae ultimi eorum praesens, & quam ardentem eas futuri sint ultimo mundi tempore, & proinde, quod sciant etiam tempus, quo ultima Dies futura sit. Idem dico de Religionum Fundatoribus. Hos enim omnes credendum est, non omnia statim scire, quae ad eorum statum pertinent, sed successively, notitia, quidem a Verbo causata, sed a Visione Verbi distincta, & aliquando etiam per revelationem. Et hoc indicare voluit sanctus Augustinus supra relatus l. de cura pro mortuis cap. 15. & D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 4. ad 2. scribens: Beati, ut Gregorius dicit (1a. moral. cap. 14.) in Verbo manifestantur illud, quod decet, eos cognoscere de eis, quae circa nos aguntur, etiam quantum ad interioris motus certis. Maxime autem excellentiam eorum decet, ut cognoscant perturbationes ad eos factas, vel vices, vel carde. Et ideo pertinet, quae ad eos dirigitur, Deo manifestante, cognoscant.

S. III.

An Beati vident in Deo omnia Decreta Dei.

XXV. Dico primo. Beati (una excepta anima Christi) non vident omnia decreta Dei seu omnia, quae Deus libere decrevit facere. Probatur. Qui videt omnia decreta libera Dei, videt omnia objecta a Deo libera volita; sed Beatus non videt omnia objecta a Deo libera volita. Nam de die Judicii dicitur Marci 13. de die illa nemo scit, neque Angeli in Galo. & Mat. 10. v. 13. dicitur quod Angelus Perlarum, & Angelus Judaeorum altercat fuit (contrarietate rerum, non voluntatum, ut explicat D. Thom. 1. p. q. 113. art. 8.) quia illis adhuc ignota erat voluntas Dei, circa liberationem Judaeorum.

XXVI. Dico secundo. Beati vident aliqua decreta, quae Deus eis volenter revelare, Probatur, quia Beati, ut diximus, vident ea, quae pertinent ad statum ipsorum, ad multa Dei decreta pertinent ad statum ipsorum, & eorum, qui ad illos pertinent; ergo &c.

XXVII. Dico tertio. Decreta libera Dei, quae a Beatis videntur, non omnia videntur ab eis formaliter per visionem Verbi, sed ab initio suae beatitudinis, sed aliqua videntur in Verbo casualiter, seu alia visione causata ex visione Dei, ut supra diximus, vel per revelationem. Prima pars patet ex dictis, alias omnia ab initio suae beatitudinis simul viderent, & non successively, quia visio Dei successione in se non admittit. Secunda etiam pars explicata manet ex dictis. Quibus addo, lumen gloriae duo exercere munera. Unum est esse penetrativum divinae essentiae. Alterum, esse manifestativum per modum revelationis respectu eorum, quae Deus voluerit illis manifestare. Quod est idem ac dicere, lumen gloriae esse eminenter lumen Proprietarium. Sicut ergo Angelus per idem lumen, quod cognoscit substantiam, & voluntatem alterius Angeli, cognoscit etiam alios liberos ejus per hoc solum, quod alter Angelus velis cogitatum suum illi manifestare, eum dirigendo ad ipsam; sic per ipsum lumen, quo Beati vident Deum, supposito, quod Deus velit dirigere, & manifestare Beato actum suum liberum, Beatus illum cognoscet. Si tamen Deus non statim illum Beato manifestet ab initio beatitudinis, sed successively temporis, illum cognoscet cognitione quidem causata a visione Verbi, sed ab ea distincta, ut superius dictum est.

XXVIII. Dices contra primum. Omnia decreta libera Dei sunt realiter ipse Deus, sed quilibet Beatus videt Deum realiter, ut est in se; &c.

XXIX. Respondetur, diss. maj. ipse Deus absolute simpliciter, nego maj. Deus pro ut dicit terminationem liberam ad creaturas, conced. maj. Eto autem omnes Beati vident Deum, ut absolute, & necessario in se est, non tamen vident omnem terminationem liberam Dei ad creaturas, nisi Deus eam illis manifestare voluerit. Sicut unus Angelus alium videt, ut est in se, & secundum aliquos, est inferior, etiam com-

prehendit.

prehendit, & tamen secreta cordis ejus libera non videt, nisi ex illis manifestare voluerit.

XXX. Dices contra secundum. Beatus ex vi ordinationis divinae non potest videre decreta libera Dei; ergo &c. Antecedens probatur. Ordinato, seu Voluntas Divina decreta sua manifestandi non minus est libera, quam sint ipsa decreta; sed haec quia libera, occulta sunt, nec possunt a Beato videri, nisi manifestentur ergo a pari, &c.

XXXI. Respondetur, negando antecedens. Ad probationem. diffin. maj. libera per modum tamen manifestationis, conc.

maj. aliter, nego maj. & distincta minor. nego consequen. Ordinato illa Divina, seu Voluntas Dei manifestandi sua decreta, esto libera, est tamen per modum manifestationis sui, & aliorum; estque sicut lucerna de nocte lucens, quae & se ipsam, & alia manifestat. In tantum enim actus liber est occultus, quia agens liberum illum vult manifestare. Cum ergo Deus directionem illam, seu ordinationem erga Beatum velit manifestare, sequitur, quod illi non sit occulta, sed manifesta. Et his hinc Tractatus de Visione Dei, ad quam Deus nos perducatur, finem imponimus.

TRACTATUS QUARTUS DE DEO SCIENTE, Seu de Scientia Dei.



Tractatus de Deo visibili subiectus tractatus de Deo videtur, seu intelligente, & sciente: esse enim intelligentem, ac scientem est una ex perfectionibus, & forte maxima, quae in Deo excogitari potest. De hac agit D. Th. tota q. 14. i. p. quae inferibit de scientia Dei. De qua primo inquiremus existentiam, essentiam, objectum, medium, divisionem, & cetera, quae a Theologis praefertim nostratibus, examiniari solent, maxime de scientia futurorum contingentium.

QUESTIO IV.

De existentia, & essentia divina scientis.

Hoc est primum, quod in quacumque re examinari solet, nimirum an sit, & quid sit.

D U M I U M I.

An in Deo sit intellectus, seu an Deus sit natura intellectiva.

S. I.

Resolutio Dubii.

Deum esse intelligentem adeo apud homines certum fuit, ut ab intelligendo nomen Deo imponeret: Nam Theos (ait D. Thom. 1. contra G. c. 44.) quod secundum Graecos Deum significat, dicitur a Theos, quod est considerare, vel videre.

Hanc veritatem clamant Scripturae, clamant & ratio. Scripturae quidem. Nam de Deo Job. 9. v. 4. dicitur Sapienter corde est, & fortis robore. Ec. 11. v. 11. ipse enim novis hominum variationem, & videri: iniquitatem, nonne considerat? Cap. 12. v. 13. Apud ipsum est sapientia, & fortitudo, ipse habet consilium, & intelligentiam. Heller 14. v. 14. Dominus, qui habet omnia scientiam. Psalm. 138. v. 5. Ecce Dominus in cognoscit omnia, novissima, & antiqua. Et passim: praefertim in Testamento novo. Rom. 11. v. 33. O admiranda divinarum sapientia, & scientia Dei! Et ad Col. 2. v. 3. de Filio Dei, in quo (inquit Paulus) sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae absconditi.

II. Ratio pariter hoc demonstrat multiplicit. Primo: Omnis perfectio simpliciter simplex in Deo proprie & formaliter ponenda est; sed talis est ratio intellectiva; ergo &c. Maj. patet ex superioribus dictis. Min. probat simpliciter simpliciter, quod talis est ratio intellectiva; ergo &c. Intellectus est ratio intellectiva; nam in omni re melius est esse intelligentem, quam non intelligentem, qui ignorat; ergo &c.

III. Secunda ratio est. Quod invenitur in pluribus magis, ac magis, secundum quod illi plures alicui appropinquant; oportet, ut in illo maxime inveniantur: sicut, quia quanto corpora mixta magis accedunt ad ignem, tanto calidiora sunt, oportet, ut calor maxime inveniantur in igne: sed quanto magis creature accedunt ad Deum, tanto magis cognitionem participant, sicut homines plus, quam bruta, & Angeli plus, quam homines, quia Angeli magis accedunt ad Deum; quam homines, & homines magis, quam bruta; ergo oportet, ut ratio cognoscitiva maxime inveniantur in Deo. Hanc rationem expendit D. Thom. in 1. sent. disp. 35. quaestio. 1. artic. 1. ubi sicut & in 1. contra Gen. cap. 44. & in 1. ad Animal. disp. 35. q. 1. art. 1. alias tradit rationes.

IV. Tertia ratio ista est. Deus enim mundum regit, resque non solum animatas, sed prolixas inanimatas ita ad suos fines dirigit, ut ad eos determinate, & non casualiter tendant; sed res inanimatas, utpote cognitione carentes, non tendunt ad finem, quem ipsae cognoscunt, & ergo tendunt ad finem, ad quem ex cognitione Directoris ordinantur. Sicut enim ex quo sagitta certum scopum attingat, & ex quo navis non quo sagitta certum scopum ad portum, & neque in fugitatu, sed definit cogitatio, argumens, eam esse in Sagittario emittente sagittam, & in Nauta gubernante navem. Sic ex quo res omnes cognitione carentes ad certos, determinatoque fines diriguntur, arguitur intelligentia in Deo eas dirigente. Unde concludit Philosophus 2. physice. text. 75. quod opus naturae est opus intelligentis. Ex D. Thom. in 1. disp. 35. q. 1. art. 1. Haec veritas adeo explorata est, ut facillime invenias, qui

Deum neget, quam qui, Deo admisso, ab eo auferat intelligentiam.

S. II.

Examinatur specialis D. Thomae ratio.

Deum esse naturae intellectuales, constat ex dictis. Volens tamen D. Th. assignare rationem, seu quasi radicem intellectualitatis in Deo, tum hac 1. p. q. 14. art. 1. tum aliis locis superius citatis, ita dicitur. Quanto substantia aliqua spiritualior est, tanto est ad intelligendum aptior, immaterialitas enim est intellectualitatis ratio, & quasi fundamentum; sed Deus est in summo gradu spiritualis; ergo est in summo gradu intelligens, seu intellectivus. Major probatio D. Th. & a posteriori, & a priori. A posteriori quidem. Nam si percurramus ordinem rerum, videbimus cognoscitivitatem pensari penes majorem, vel minorem elevationem supra materiam in operando. Quia enim planta in operando omnino immergitur in materia, & a qualitatibus materialibus, & elementaribus dependens, nullo modo sunt cognoscitivae. Quia Angelus magis elevatus est a materia in operando, quam homo, magis, & melius intelligit Angelus, quam homo. Et quia homo magis est elevatus a materia, quam bruta, perfectius cognoscit homo, quam bruta. Et tandem quia anima separata a corpore, elevatiori modo operatur, quam operetur, ut conjuncta corpori, ubi in cognoscendo aphantasmatibus materialibus dependet, melius intelligit anima separata, quam conjuncta corpori; ergo &c.

A priori vero probatur. In tantum aliquid est cognoscitivum, in quantum, praeter formam propriam, natum est habere formas aliarum rerum, species nimirum intentionales aliarum rerum representativas, quae ratione Philosophus 3. de Anima text. 37. dicit, quod Anima est quodammodo omnia; sed quo aliquid spiritualius est, eo aptius est ad hujusmodi formas habendas; ergo &c. Min. probat. Aptitudo ad habendas aliarum rerum species, seu formas provenit ex amplitudine, & limitatione naturae, quae non est restricta ad propriam formam, sed vel in se habet aliarum rerum formas, vel ad eas acquirendas potest se extendere: sed natura eo majorem amplitudinem habet, & illimitationem, quod est a materia elevatior, quia materia est principium coarctationis, & limitationis; ergo &c.

VI. Roboratur dicta ratio. Solum reperitur tres ordines intelligentium, Deus nempe in supremo, Angelus in medio, Homo in infimo; Ergo pro radice intellectualitatis debet assignari aliquid praedicatum, in quo hi tres conveniant, & rursum tum ab aliis, tum invicem distinguantur; sed non est excogitabile aliquid, nisi immaterialitas, seu modus operandi elevatus supra materiam, quo secundum majorem, vel minorem elevationem supra materiam gradatur in illis major, vel minor intellectualitas; ergo ab ista major, vel minor intellectualitas sumenda est.

S. III.

Solvuntur ea, quae militans contra praesentiam D. Thomae rationem.

VII. Obijciunt aliqui primo sic. Datur natura cognoscitiva, quae non est immaterialis: natura enim brutorum cognoscitiva est, immaterialis non est, sed corporea; ergo male probatur ex immaterialitate cognoscitivitas.

VIII. Respondetur diff. antec. quae non est immaterialis, id est omnino materiae expers. conc. antec. immaterialis, id est quodammodo elevata supra modum materiae in operando, nego antec. Dupliciter potest dici aliquid immateriale. Uno modo quatenus dicitur carentiam totius materiae physicae, tam in essendo, quam in operando, quo pacto Angeli immateriales, seu spirituales sunt. Alio modo potest dici immateriale id, quod, esto a materia pendet, aliquid tamen modo supra conditiones materiae in operando, immo & in esse elevatur, ut suas operationes independentem a qualitatibus materialibus, & sensibilibus possit formaliter perficere. Est ergo natura brutorum non sit immaterialis primo modo, sed tamen secundo modo; tum quia habet esse non limitatum ad propriam formam, sed potens habere formas sensibiles aliarum rerum, puta species colorum &c. tum quia esto

prae-